

constitutis salutem in domino. Veridica fide dignorum relacione cognovimus^{b)}, quod ex constitutione sedis apostolice super reprobacione Beginarum et status earundem edita¹⁰⁹⁾ de eiusdem status mutacione diversi diversimode senciunt, et quod ex hoc grave scandalum in nostra civitate et dyocesi est subortum, ex eo quod sacerdotes ecclesiarum^{c)} parrochialium mulieres eis ratione parrochie subditas, que hactenus in statu Beginagii vixerunt et nunc ac deinceps eundem statum iuxta constitutionem predictam mutare et deserere volunt, nituntur artare inequaliter, prout unumquemque sua ducit affectio, ad mutacionem maxime in vestibus faciendam. Unde nos ad huiusmodi scandalum removendum proborum et sapientum virorum comitato^{d)} consilio circa observacionem constitutionis antedictae^{e)} in predicti status mutacione tenendam declaramus et dicimus esse quod sequitur observandum: Videlicet quod Begine^{f)} statum Beginagium^{g)} deserentes monitis salutaribus et mandatis licitis suorum plebanorum sicut ceteri fideles obediant reverenter. Quodque^{h)} pro signo mutati status Beginagii capitalia vela, que hactenus palliis includere sueveruntⁱ⁾, extra pallia deferant more secularium resoluta. Scappularia^{j)} omnino deponant; nec ad superiores^{k)} tunicas et pallia griseo^{l)} panno, quo hactenus aliquae ex eis uti consueverunt, vel aliquo alio panno kemmelino^{m)} colorem grisei panni habenteⁿ⁾ vel eidem colori aliquid simili vel conformi utantur. Alios^{o)} vero colores omnes eis permittimus pro^{p)} suarum uniuscuiusque videlicet libito voluntatum, dum tamen non ex proposito ad unius coloris conformitatem studeant se

^{b)} recognovimus C

^{c)} parroch. eccl. C ^{d)} communicato Haupt ^{e)} antedicti W ^{f)} Glosse: Begine pareant monitis suorum plebanorum W (= Heinrich von Sachsen)
^{g)} korr. aus Beginagii C, beginagii Haupt. Der adjektivische Gebrauch von Beginagium ist lexikalisch nicht nachgewiesen, aber m. E. völlig unverdächtig; vgl. auch unten S. 158 Z. 2 ^{h)} Glosse: Vela extra pallia portare coguntur W (= Heinrich von Sachsen) ⁱ⁾ consueverunt C ^{j)} scapularia C. Glosse: Scapularia deponant W (= Heinrich von Sachsen) ^{k)} tun. sup. C. Glosse: Superiores tunicas et pallia non portent griseas vel kemelinas, sicut prius portaverunt W (= Heinrich von Sachsen) ^{l)} progressio C, pregrissio verbessert Haupt ^{m)} kemmelino C. Beides übliche, der mittelhochdeutschen Lehnform nahestehende Schreibformen für camelinus (= „aus Kamelhaar“ im Sinne von „hären“); vgl. Mittellateinisches Wörterbuch 2, 1 (1968) Sp. 108, und Matthias Lexer, Mittelhochdeutsches Handwörterbuch 1 (1872) Sp. 1544 f.
ⁿ⁾ habenti W, habentem C; habente schon Haupt ^{o)} Glosse: Alios colores deferre possunt, dummodo non ex proposito ad unius coloris conformitatem studeant se vestire W (= Heinrich von Sachsen) ^{p)} personarum statt pro suarum C

¹⁰⁹⁾ Gemeint ist die Dekretale *Cum de quibusdam mulieribus*, in Clem. 3. 11. 1.